

HERCULES.



VTi vilior erat magnanimo Herculi vitæ cura, quàm gloriæ, ita cæcum non fuit fortunæ iudicium virtutem secundantis, quò enim graviora vitæ discrimina imperabat zelotypiæ Junonis odium, eo feliciore successu expositi herois virtutem coronabat fortunæ favor, experta est Juno ipsa jacturam certam esse, ubi virtuti bellum indicitur, Hercules enim in Hesperidum hortis tria poma aurea ab illis decerpit arboribus, quas Juno dederat Jovi in dotem, hæc tamen poma licet aurea fuerint, vilescunt, si ea cum illis contuleris, quæ *ferocissimi* JOSEPHI virtuti cesserunt, in gemino enim JOSEPHI pomio una cum Hungaria comprehenditur Romanorum Imperium, anhelatq; simili pomio & pari obsequio Bohemia se totam devovere, debebatur scilicet sublimiori virtuti majus præmium, ignobilis autem virtus est, quæ aliud non novit, quàm cum servitute luctari, illa verò nobilissima, quæ ita ad felicitatem nascitur, ut ab ea non superetur: *magna enim ut ait Augustinus virtus est, cum felicitate bellari, se illius, se corrupta, ne ipsa subvertat, magna felicitas est, a felicitate non vinci.* Eò enim præclarior est victoria, quò occultiori discrimine sese hostis insinuat, animus autem, quem fortuna supra ceteros exultat, sibi blanditur, nec facile patitur se lege ceteris communi constringi: hinc Plato teste Laërtio remittit Cyrenensis Republicæ statum justis legibus componere, dicendo: *perdifficile est condere leges tam felicibus, indicans eis non facile parere salubrius monitis, qui successu rerum etiam felices sibi videntur.* Uti enim teste Seneca *segetem nimis steruisti ubertas, nisi onere frangatur, sic animi inundata rumpit felicitas, qua non tantum in aliorum injuriam sed etiam in suam vertatur:* ita Sylla (quem Patriæ infelicitas dixit felicem) secundis inflatus victorijs, ut tradit Valerius Maximus, *quatuor legiones solum suam fecerat salicis dente misericordiam impluvante obrutus, quatuor milia B. septingenti de a proscriptionis edito jugulatos in tabulas publicas retulit, B. totam urbem atq; omnes Italiae partes civili sanguine fluminibus conderat.* Ad eò felicitas ra-

num habet cum moderatione commercium. Sic Alexandrum, quem
 circumfusa vitæ discrimina præberunt invictum, victoriarum felicitas
 adeo corrupit, ut licet vulnera cum hominem esse proderent, super-
 ratâ tamen Persâ Divinitatem sibi arrogare præsumpserit, assumptrâ
 clavâ & leonis spolio Herculem æmularus, ita quidem, ut nec
 tam Alexander de Persis, quàm felicitas de Alexandro triumphare
 videretur; sic felicitas fatalem Sirenûm dulcedinem imitatur, quæ
 blandienti suavitate trahunt in exitium, ab illis solus Ulysses evasit, &
 licet in omnia pericula impavidus rueret, in hoc tamen discrimine,
 uti ait Calliodorus, se solutâsi arboris caulis illis nexibus illigeret, ut famulos can-
 tu liberis auribus probare possit, & pericula dulcissime vocis molles evaderet. Ex
 quibus patet longè sublimioris esse virtutis fascino voluptati aut fe-
 licitati non cedere, quàm incumbenti discrimini, unde cum Herculem
 ad servitutem laboribus gravem damnaverit sævientis Junonis fu-
 rore, præferendam censet JOSEPHI virtutem, quem utpotè tanta
 felicitatis parem propitiâ Austriæ sidera destinârunt Imperio, maxi-
 mæ cum nobilissima indoles prodat, eum non solum ad hoc na-
 tum fuisse, ut vassillis Provincijs sed &
 felicitati ipsi imperaret,



MEM.